obscurarunt. Improba concupiscentia mihi, ut dominus servo, imperat: egoque mox cum timore, infantis instar, obedio; meque dum decipit, oblector. Quis porro mihi condoleat, aut solatium præbeat? Solus ipse Salvator meus, qui propriam bonitatem possidens, in me desperabundum respexit. Hei mihi peccatori, quoniam solus ego vulneratus sum. Hei mihi, quoniam mundum me fecisti Domine; ego autem me mea negligentia peccando fœdavi. Similis cum essem Angelis, meipsum abjeci. Multiplicatæ sunt iniquitates meæ, Domine, multiplicatæ sunt, & non est finis multitudinis earum. Quo pacto autem supplicabo tibi, Salvator meus, qui os meum conviciis & maledictis replevi? aut quomodo collaudabo te, qui conscientiam pollutam habeo? aut quomodo te diligam, qui odio plenus sum? Quo pacto veritas in me inhabitabit, qui meipsum mendaciis munivi? quonam pacto invocabo te, qui tua non custodivi mandata? Verum cum sis ipse mendacii expers, ne quæso me abjectum despexeris, neve detestandum me abjeceris, neque pene desperatum me deserueris. Valde enim lætatur inimicus meus, dum me de propria desperantem salute cernit: in hoc quippe solo lætatur atque exultat, ut me per desperationem captivum adspiciat. Verum ipse per viscera misericordiæ tuæ spem ejus confunde, meque ex dentibus ipsius eripe: & a fraudulenta atque maligna ejus mente, totoque quem in me movet, conatu libera.

Ideo cunctos vos hortor, qui conscientia scelerum & iniquorum operum angimini, ne de vobis ipsi desperetis, neque adversarium vestrum lætificetis. Sed audacter ad Deum accedite, & coram ipso plorate, & nequaquam vos ipsos desperetis. Vehementer enim super pœnitentiam agentibus gaudet Dominus noster, conversionemque nostram libenter suscipit. Ait enim: *Post hæc omnia ad me revertere*. Rursusque per (Osee 14. Matth. 11.) sancta Euangelia dicit: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos*. Nemo igitur seipsum desperet, etiamsi peccaverit: requirentibus enim ipsum, mercedis retributor erit; aspernantibus vero, & nullam pœnitentiam agentibus, rigidum se præbebit atque austerum. Qua ergo via poterit quis eum inquirere & invenire? Primum quidem omnium, mutua erga fratres servanda est caritas. *Deus enim*, ut ait, *est caritas*. (1. Joan. 4.) Siquis igitur caritatem possederit, Deum possidebit. Siquis humilitatem possederit, Christi

A παρρησίαν τῆς καρδίας μου ἐσκότισαν. Ἡ πονηρὰ ἐπιθυμία, ὡς δεσπότης δούλῳ, ἐπιτάσσει μοι· κἀγὼ εὐθὺς μετὰ φόβου, ὡς νήπιος ὑπακούω· καὶ ἀποπλανᾷ με, κἀγὼ ἥδομαι. Καὶ τίς ἐστιν ὃς περὶ ἐμοῦ πενθήσει ἢ παρακαλέσει; μόνος αὐτὸς Σωτήρ μου, ὁ τὴν οἰκείαν ἀγαθότητα κεκτημένος, ἐπέβλεψεν ἐπ' ἐμὲ τὸν ἀπεγνωσμένον. Οἴμοι τῷ ἁμαρτωλῷ, ὅτι μόνος ἐγὼ ἐτραυματίσθην.

B Οἴμοι ὅτι καθαρόν με ἐποίησας Δέσποτα, κἀγὼ τῇ ἀμελείᾳ μου ἐμαυτὸν κατερρύπωσα ἐν ἁμαρτίαις. Ἰσότιμος ἀγγέλων ὑπάρχων, ἐμαυτὸν ἐσμίκρυνα. Ἐπληθύνθησαν αἱ ἀνομίαι μου, Κύριε, ἐπληθύνθησαν, καὶ οὐκ ἔστι πέρας ἐν τῷ πλήθει αὐτῶν. Πῶς δὲ ἱκετεύσω σε Σωτήρ μου, ὅτι τὸ στόμα μου ἐπλήρωσα λοιδορίας; ἢ πῶς ὑμνήσω σε, ὅτι ἡ συνείδησίς μου μεμόλυνται; ἢ πῶς ἀγαπήσω σε, ὅτι τοῦ μίσους

C πεπλήρωμαι; ἢ πῶς οἰκήσει ἐν ἐμοὶ ἡ ἀλήθεια, ὅτι τῷ ψεύδει ἐμαυτὸν καθώπλισα; ἢ πῶς ἐπικαλέσομαί σε, ὅτι τὰς ἐντολάς σου οὐκ ἐφύλαξα. Ἀλλ' αὐτὸς ἀψευδὴς ὑπάρχων, μὴ ὑπερίδῃς με τὸν ἐξουθενημένον· μὴ ἀποῤῥίψῃς με τὸν ἐβδελυγμένον. μὴ ἐγκαταλίπῃς με τὸν ἀπηλπισμένον. Σφόδρα γὰρ τέρπεται ὁ ἐχθρός μου, ὅταν βλέπῃ ὅτι ἐμαυτοῦ ἀπογινώσκω· ἐν τούτῳ γὰρ μό-

D νῳ ἀγάλλεται, ἵνα διὰ τῆς ἀπογνώσεως ἴδῃ με αἰχμάλωτον. ἀλλ' αὐτὸς τῇ εὐσπλαγχνίᾳ σου καταίσχυνον αὐτοῦ τὴν ἐλπίδα, καὶ ἔκσπασόν με τῶν ὀδόντων αὐτοῦ καὶ τῆς κακοτέχνου γνώμης, καὶ ὅλης αὐτοῦ τῆς κατ' ἐμοῦ κινουμένης ἐνεργείας.

Διὸ παρακαλῶ πάντας, ὅσοι τῇ συνειδήσει λυπεῖσθε ἐπὶ τοῖς ἀτόποις ἔργοις, μὴ ἑαυτοὺς ἀπογινώσκετε, μὴ χαροποιῆτε τὸν ἀντίδικον

E ὑμῶν. Ἀλλὰ προσέλθετε ἀναιδῶς τῷ Θεῷ, κλαύσατε ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ μὴ ἀπελπίσητε ἑαυτούς. σφόδρα χαίρει ἐπὶ τοῖς μετανοοῦσιν ὁ Κύριος ἡμῶν· ἐκδέχεται τὴν ἐπιστροφὴν ἡμῶν. φησὶ γάρ· μετὰ ταῦτα πάντα, πρός με ἀνάστρεψον. καὶ πάλιν διὰ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων λέγει. Δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. Μηδεὶς οὖν ἀπελπιζέτω ἑαυτοῦ,

F ἐὰν καὶ ἥμαρτε· τοῖς γὰρ ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται· τοῖς δὲ ἀθετοῦσιν αὐτὸν, καὶ μὴ μετανοοῦσιν, ἀπότομος ὑπάρχει. Διὰ ποίας οὖν ὁδοῦ δύναταί τις αὐτὸν ἐκζητεῖν καὶ εὑρίσκειν; πρῶτον μὲν πάντων φυλάττειν δεῖ τὴν πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς ἀγάπην. ἡ ἀγάπη γάρ, φησί, ὁ Θεός ἐστιν. Εἴ τις οὖν τὴν ἀγάπην ἐκτήσατο, τὸν Θεὸν ἐκτήσατο. εἴ τις ταπεινοφροσύνην ἐκτήσατο, τοῦ

Χρι-